UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Hermino Comiti. 334.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

Euſtathio. 332.

Sufficit diei malitia ſua, inquit Dominus Chriſtus. quandoquidem etiam vnius horæ malitia, voluptatis magnę obliuionẽ affert. Probus ille Epiſcopus Euſebius ad vniuerſam Eccleſiam perturbatione implendam, vel ſolus, ſufficiebat. Poſteaquã autẽ te quoque improba voluntate hominem nactus eſt, eas iam vires habet, quæ toti terrarum orbi perturbando pares ſint. Ac proinde tum omnes ſacri ordinis viri, tum communis plebs, tum denique Dei famuli qui in ſolitudine decertant, vota faciunt, vt vel importunitas tua ab illius improbitate diſiungatur: aut vtraque in benignitatem, ac vitæ rationem ab hominum ſocietate atque commercio minimè abhorrentem commutetur: aut Deus lenitatem ſuam in acerbitatem conuertat, vobiſque pro iis, quæ & perpetraſtis, & animo agitatis, & impiè in vnum coitis, meritas pœnas rependat.

Εὐςαθίῳ. τλβ.

Ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς, ὁ δεσπότης ἔφη χριςός. ἐπειδὴ καὶ μιᾶς ἡμέρας κάκωσις, ἐπιλησμονὴν πολλῆς εὐφροσύνης ποιεῖ. ἤρκει καὶ καθ᾽ ἑαυτὸν ὁ χρηςὸς τῶν ἐπισκόπων Εὐσέβιος, πᾶσαν πληρῶσαι τὴν ἐκκλησίαν συγχύσεως. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῆς σῆς κακοθελείας ἐπέτυχε, πᾶσαν τὴν οἰκουμενικὴν ταράξαι ἐπαρκεῖ εὐταξίαν. εὐχὴ τοίνυν ἐςὶ ἱερατικοῖς ἅπασι, καὶ τῷ κοινῷ τοῦ λαοῦ, καὶ τοῖς κατὰ μονὰς ἀγωνιζομένοις θεράπουσι τοῦ θεοῦ, ἢ διαζευχθῆναι τὴν σὴν σκαιότητα τῆς ἐκείνου πονηρίας, ἢ μεταβληθῆναι ἀμφοτέρας εἰς χρηςότητα καὶ κοινωνικὴν πολιτείαν, ἢ ἀμεῖψαι τὴν μακροθυμίαν εἰς αὐςηρίαν, καὶ ἀξίαις ὑμᾶς ἀνταμείψασθαι ταῖς παιδείαις, ὧν τε πεπράχατε, ὧν τε βουλεύεσθε, ὧν τε ἀσεβῶς ἀλλήλοις συνέρχεσθε.

Zoſimo Presbytero. 333.

Contumeliarum ac ſuppliciorum magnitudinem ſpectatorum atque conſciorũ multitudine ponderare homines conſueuerunt. Etenim easdem contumelias & cruciatus haud multis inſpectantibus illatos, haud æquè graues & acerbos exiſtimant. Cùm igitur hæc ita ſe habeant, tecũ reputes velim, quonam animo futuri ſumus, cùm coram omni humano genere, atque angelorum agmine, nobis reddendę rationes erunt: quo tempore præſertim nullus impudentiæ locus erit, peccatis videlicet vmbrarum inſtar nos ſequentibus.

Ζωσίμῳ πρεσβυτέρῳ. τλγ.

Κρίνειν τά τε τῶν ὕβρεων, τά τε τῶν κολάσεων μεγέθη οἱ ἄνθρωποι τῷ πλήθει τῶν συνειδότων εἰώθασι. τὰς γὰρ αὐτὰς ὕβρεις καὶ τὰς κολάσεις μὴ ἐπὶ πολλῶν γινομένας, οὐχ ὁμοίως βαρυτάτας ἡγοῦνται. εἰ τοίνυν ταῦθ᾽ οὕτως ἔχει, σκόπει πῶς διακεισόμεθα ἐπὶ πάσης τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ τοῦ τῶν ἀγγέλων δήμου μέλλοντες εὐθύνας ὑφέξειν, ὅτ᾽ ἂν μάλιςα καὶ πᾶσα ἀναισχυντία χώραν οὐχ ἕξει τῶν ἁμαρτημάτων ἡμῖν, ὥσπερ σκιῶν, ἀκολουθούντων.

Hermino Comiti. 334.

Super mortuum plora: quoniam defecit lux eius. His verbis non hoc vult ſcriptura vt omnes eos qui è viuis exceſſerunt, lachrymis ac luctu proſequamur: verùm vt eum, qui improbis actionibus extinctus eſt, nec viuam vitæ rationem conſectatus eſt, lugeamus ac deploremus, vt qui à futura luce exciderit.

Ἑρμίνῳ κόμητι. τλδ.

Τὸ κλαῦσον ἐπὶ νεκρῷ, ὅτι ἐκλέλοιπε φῶς, οὐχὶ πάντας τοὺς τεθνεῶτας λέγει καταθρηνεῖσθαι, ἀλλὰ τὸν ἔργοις κακοῖς νεκρωθέντα, καὶ τὴν ζῶσαν ἀναςροφὴν μὴ μετελθόντα, κλαίεσθαι βούλεται, ὡς τοῦ μέλλοντος φωτὸς ἀποτυχόντα.